

Gregor.

eamque in uberes fructus faciat parturire. Et quo magis affligi videtur Ecclesia, eò magis sublimatur, dicitur, ac fecundatur. D. Gregorius Magnus lib. 9. in Job. cap. 6. sic ait de Ecclesia Catholica: Sape namque eam reprobi usque ad inter- necionem persecuti sunt, sed eo multiplicius ad statum sui profectus rediit, quo inter manus persequentium moriendo laboravit.

44. Cant. 1.

Nyssen, Origen, Ambros.

Persecutionibus nutrimur, & crescunt Ecclesia filii.

Bernard.

Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Cantic. 1. num. 13. Quæ verba de Ecclesia communiter Patres interpretantur. Gregorius Nyssenus homil. 3. Origenes homil. 2. ex quatuor. D. Ambrosius in Psal. 118. vers. 1. & alij, per fasciculum myrrha tribulationes, adversitates, ac persecutiones, & mortes denotati, satis vulgare est. Sed cur iste fasciculus myrrha non dicitur ab Ecclesia haberi in manibus, vel capite, sed inter ubera? Merito sanè. Uberibus aluntur pueri, & hujusmodi persecutionibus, tanquam inter ubera, a alimentum sumunt, vires acquirunt, in immensumque crescunt Ecclesia filij. D. Bernardus sermon. 43. in Cantic. postquam late recenset amaritudines passionis Christi, nempe sputa, alapas, flagella, & subannationes, clavos, & crucem, subdit S. Doctor introducens Ecclesiam, dicentem: Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis. Ex his suavis unctio consolationis. Hæc me erigunt in adversis. Et post pauca subdit: Hoc lac viscerum refectis parvulorum, hoc replet ubera matrum, & ideo inter ubera mea commorabitur.

45.

Vis videre, quòd Ecclesia persecutionibus non minuitur, sed potius ditatur, augetur, ac magnis honoribus sublimatur? Considera, quòd Sara, bis à Regibus capta, & in eorum domos sublata, videbatur fieri in magna iacturam, ac vilipendium, ipsius, & Abrahami. Sed quòdnam damnum inde secutum est? Nullum sanè, sed potius divitiæ, honos, ac magna reverentia in omnium conspectu: nam primum sublata est in Ægypto in domum Pharaonis Gen. 12. n. 15. & tamen Abrahamo elargita, sunt magna divitiæ pecorum, ac ovium, ut communiter cum Chrylostomo notant ibi omnes num. 16. fuerunt ei oves, & boves, scilicet dati à Pharaone. Secundo capitur ab Abimelech Rege in Geraris Genes. 20. num. 2. à quo etiam magnam auri copiam accepit. Et non solum Abrahamus in utroque loco maxime honoratus est, sed ex his factis, ut ibi ponderat Chrylostomus, omnibus, qui in itinere erant, & habitabant in Palestina, habebatur in magna reverentia, quòd eleganter, ac suaviter sanè Ecclesia Catholica accommodat Archiepiscopus Leander vir sanctitate conspicuus, homilia, quæ habetur ad finem Concilij III. Tolet. sic ait: Sara, dum sapè à regibus concupiscitur, nec maculam pulchritudinis sentit, & Abraham causa sua pulchritudinis divitem facit: ab ipsi enim regibus Abraham dicitur, à quibus Sara concupiscitur. Condigne ergo Ecclesia Catholica genes, quas simul senseris fidei sue decore, ad sui eas sponsi, hoc est, Christi, lucra irranducit: & per ea regna suum virum divitem reddit, per que se inquietari persequitur; sic enim dum premitur, eruditur, & dum inflectitur, dilatatur.

Chryost.

Idem. Ecclesia persecutionibus ditatur.

Leander.

QUÆSTIO VII.

Quare serviente tempestate dormiat Dominus.

OMNES tres Evangelistæ testantur, Christum dormisse. Quod de vero somno intelligendum est. Nam, ut ait Origenes homil. 6. in diversos, dormiebat corpore, sicut & ad puteum fatigatus de itinere sedebat, sicut & in passione mortuus, & crucifixus est, demonstrans, quia verum, ac corruptibile portabat corpus. Unde ait D. Basilus Seleucus orat. 22. Dormit Dei templum, per quod Deus adesse creditur, tantumque dormit, quantum fuit usus corporis. Ille autem somnus, sicut & cæteræ passiones Christi, erat voluntarius, ut notant Chrylostomus in Imperfecto homil. 23. D. Augustin. serm. 3. inter 17. qui affirmant Christum voluntate, non necessitate, ut nos, dormisse. Et ita dormiebat corpore, ut non solum vigilaret secundum divinitatem, ut notant Origenes, D. Thomas, & alij, sed etiam secundum intellectum, qui illustratus erat scientia infusa, ac sine ulla dependentia à corpore rectè operabatur, ut docent Theologi cum D. Thomas 3. p. 9. 11. art. 2. Cajetanus, Valentia, Suarius, Vasquius, Cabreira, M. Petrus Cornejo. Ex quo rectè dixit Chrylostomus citatus. Dormit in somnum, qui populum suum vigilia aeterna custodit. Et manifestatio veritatis corporis sit prima ratio hujus questionis.

Secundo valde germanè ad litteram, quòd indicantur Chrylostomus homil. 29. in Matth. Victor Antiochenus in Marc. D. Cyrillus in Catena Græca. Euthymius, D. Thomas, Abulensis, 9. 81. Toletus in cap. 8. Luc. annot. 43. Videns Dominus suorum discipulorum fidem parvam, & imperfectam, ut eam probet, ac perficiat dormit. Persuadebant sibi met ipsi discipuli, quòd Dominus dormiens nec res præsentis cognosceret, nec eos à periculo liberare posset. Dormit ergo Christus, ut dum eum excitant, dicentes: Salva nos perimus, illorum exigua, ac modica fide detecta, & ipsimet manifesta, eos arguat, & reprehendat. Et ita ex reprehensione discant, ac informantur, quòd ipse tam dormiens, quam vigilans omnia intuetur, omnibusque auxiliari potest: ac proinde quòd ad evadendum periculum, ad secundam tempestatem frustra ipsum excitant, cum æqualiter dormiens, aut vigilans, hæc omnia possit præstare. Ut ergo discipuli deponant suæ fidei exiguitatem, in eaque proficiant, prius vult Dominus, ut illius imperfectionem agnoscant; nam, ut quis à suis defectibus curetur, prius requiritur, ut eorum præcedat cognitio.

Tertio Abulensis 9. 79. cum D. Cyrillo, Origenes. Si Dominus vigilaret, discipuli in tempestate non timerent, sed crederent, se esse secutos Domini præsentia. Dormit ergo, ut ait D. Cyrillus, præstans tempus timoris, utque ipsi discipuli magis timeant, ut etiam docent Chrylostomus, & Antiochenus citati; & sic eorum affectus vehementius moveatur erga Christum, qui eo magis excitatus est, quo in majori periculo positi videbantur, illiusque ope indigere, atque ut ita eorum sensus aperiret fieret ad agnosendam excellentiam, evidentiamque miraculi.

Quartò

46.

Origen.

Basil.

Chryost. August.

Origen. D. Thom.

Cajetan. Valent. Suarius. Vasq. Cotneje. Gabreita. Chryost.

47.

Idem. Antioch. Cyrill. Euthym. D. Thom. Abulens. Tolet.

Præcedat in te infirmitatis cognitio, ut curetur.

48.

Abulens. Cyrill. Origen.

Ex majori necessitate major generatur affectus.

49. Cytill.

Magnus princeps, quib subveniat, suorum labores vi dare non potest.

50. Hilari.

Nostris delictis redimam indigni auxilio Dei.

51. Ambros. D. Thom. Dominus in periculis ostendebat securitatem.

Prov. 28.

52. Seleuc.

Si fides dormit, pericula naufragij adsumt.

53. Chryost.

54. Chrysol.

Bonavent.

Quartò Divus Cyrillus in Catena Græca. Adest quidem electis suis Christus. Sed quia sepe numero permittit eos per dispensationem aliquid pati; videtur quodammodo dormientem fingere. Docet ibi D. Cyrillus, quòd Dominus dormivit ad majorem manifestationem miraculi. Nam si eo vigilante tempestas inciperet, statim eam sedaret: & ita miraculi magnitudo non tam clarè appareret. Tam pius, & benignus Dominus in quo optimi principis forma tradebatur. Si se exhiberet vigilans, suos laborare, & periclitari videret, statim eis auxiliaretur opemque ferret. Ut ergo eos tempestate vexati, verlarique in discrimine fibat, dissimulat, se non videre, dormientemque fingit.

Quintò Divus Hilarius hic in Matth. Ecclesia, ait, inter quas Verbum Dei non vigilaverit, naufragæ sunt: non quòd Christus in somnum relaxetur, sed quòd somno nostro consopiat à nobis. Sæpè Ecclesia filij laboribus, ac ætenuis vexantur; & quamvis ad Deum clament, Deus opem non fert; atque ita se habet, ac si esset in somno, & eos non audiret: non quòd Dominus dormiat, qui semper est in vigilia; sed quia somno peccatorum bonorum in nobis, & nostra vigilia peccatorum somnum in eo excitamus, ut nobis non auxilietur, cum nostris flagitiis adjutorio ejus reddamur indigni.

Sextò D. Ambrosius in cap. 8. Luc. Securitas præstatis, quæ à omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat. Idem docet D. Thomas. Inter marina pericula securitatem suæ pietatis ostendebat Dominus; & ideo non timebat; sed solus ipse dormiebat. Ut ita similiter in quavis tribulatione. Justi ad eum confugientes spe securi non timeant. Justus quasi leo confidens absque terrore erit. Proverb. 28.

Septimò Divus Basilus Seleucus orat. 22. Adversus discipulos cum stalis tempestas deperliaretur, Dominus dormiebat. Equòd hoc tantum navigantibus prælium? O somnum, quo fidem dormientem ex media maris tempestate Dominus excire parabat. Sæpè tempestate dormiebat Dominus, non inertia, sed studio, ut denotaret, quantum debeant vigilare, qui in hoc mundi mari navigant, utque dormientes discipulorum fidei damna indicaret, atque argueret. Si enim ex eo quòd sensu corporis dormiebat ipse, videbantur corpora periclitari, inde intelligerent, agnoscerentque discipuli, quòd cum fides in eorum animis dormiret, in certissimis periculis naufragij se jactari, ac versari.

Octavò D. Chryost. in Catena. Erat autem hæc imitatio typus futurarum temestationum; ut ergo daret locum formidini, ipse vero dormiebat. Sæpè permittit Dominus suos athletas præliari in tentatione, ut inde magnis eos præmiis condecoret. Ne ergo tentationi daretur impedimentum, dormit Dominus, ut certamini liberum esset stadium.

Nonò D. Chryologus serm. 20. Inter vigilantes omnes, tunc solus tenetur in somno, quando imminet sibi, suisque tam grande discrimen, erat que totius mundi unum naufragium. Suscitatus ergo à discipulis Christus, mare, hoc est, mundum corripit: tranquillat abem, Reges mitigat, sedat fluctus, componit populos, Romanos efficit Christianos, ipsosque executores Christiana fidei, reddidit, qui fuerunt persecutores. D. Bonavent. ad illa verba: Suscitaverunt eum, sic ait, D. per ejus vigilia Sylveira in Evang. Tom. 11.

liam obtinerent remedium, qui in ejus dormitione incurrerant in periculum. Somnus iste Christi totus est in nostram eruditionem, & documentum, ut etiam explicat ipse Chryologus ser. 21. Patrebra ejus interrogant filios hominum. Dormit Christus; totum mare lævit, spumant fluctus, deservescit tempestas, omnesque evidenter vexantur naufragio; excitatur à somno, quiescit mare, omnesque in tuto, ac sereno apparent. Quid denotat hoc? Quid significat? His nos instruit veritatis Magister, qui semper vigilat super gregem suum, quòd si princeps, gubernator, aut paterfamilias indulgeat somno, omnia, que subditorum, set etiam familiarum sunt, in discrimine, lapsuque versantur. Somnus enim imago est mortis: at in principe non tam illius effigies, quam subditorum est mors. Aliter verò vigilia principis omnia custodit, tætur, ac fovet. Cum homines vigilarent, mundum erat triticum. At cum dormierint homines, ait Christus, venit inimicus, & supereminant zizania, Matth. 13. numero 25. Petrus Chryologus serm. 97. sic ait. Insidiator vigilans es fugit, appetit dormientes.

Dilecta anima cum vehementer sui dilecti flagraret desiderio, ait. In lectulo meo per noctes quæsi, quem diligit anima mea; Cant. 3. n. 1. Surgit diligenter, & quærit illum. Invenimus me vigiles, qui custodiunt civitatem, ibidem num. 3. à quibus nullum nocumentum accepit; immo Paululum cum pertransisset eos, invenit quem diligit anima mea. Ibi vult Cassiodorus, quòd ab ipsimet custodibus ejus sponsus est innotuatus. Iterum autem cum ejus dilectus pulsaret ad ostium, & ei aperire teneret: Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? Cantic. 5. num. 3. tandem ipsius amore vulnerata quærit sponsum, & subdit: Invenimus me custodes, qui circumvent civitatem: percussissent me, vulneraverunt me; tulerunt pallium meum mihi custodes murorum, ibidem n. 7. Per hos custodes, tyrannos, & iniquos intelligunt Orgelitanus, & Aponius. Sed jam dubium pullat animum: cur in primo loco à custodibus civitatis sponsa benigne est excepta & nulla injuria effecta, at verò in secundo tot nocumentum affl. Et in prima periodo invenitur sponsa in nocte, & etiam in cubili suo, ac in lectulo vigilans, ideoque in custodibus civitatis, atque in subditis reverentiam, ac debitam notum suavitatem repetit.

At in secundo loco tenebatur clausa in domo, ut somno indulgeret; immo, ut vult Theodoret. Illa verba. Expoliavi me tunica mea, dicta fuere ex aliqua ignavia, atque pigritia; ideoque dum foras exiit, in custodes murorum, nempe in subditos crudelitate, ferocitate, ac nequitia repletos, incidit. Dum ergo ipsa vigilat excubias ministrorum virtutum castis invenit: cum ipsa aliquantulum ad dormitionem animum apponit, custodes murorum à virtute decedentes reperit. Vigilemus ergo, ut Christum in nostris inveniamus. D. Ambros. serm. 7. in Psal. 118. postquam late explicat vigilias sponsa in lectulo suo, & quomodo sponsum suum quæsit, & invenit, subdit. Denique posterius ait: Invenimus me, qui circumvent civitatem, tulerunt mihi pallium. Habuit ergo certamen. Sed qua ratione supra non tulerunt pallium, hæreo reperire. Discite, quemadmodum quærat Christus, ab his utique, qui non perfunctorie quærant. Hi, qui non in vigilia, sed in somno quærant, perfunctorie non quærant.

Z z 3 postquam

Chryolog. Vigilia principis custodit civitatem, si dormit omnia sunt in periculo.

Matth. 13. Chryolog.

55. Cantic. 3.

Cantic. 5.

Orgelit. Aponius.

Vigilia principis, omnia starent virtute, si dormit omnia in vitium abeunt.

Theodoret.

Ambros.

56. Postquam Nabuchodonosor diabolica insania motus erexit statuam, in qua se, ut Deum, mandavit adorare, processit Deus ad eum arguendum, reprehendendum, ac castigandum, ut notant D. Hieronymus, Theodoretus; S. Thomas, Pinto, & alij. Et ostendit in somniis arborem sublimem, quæ attingebat usque ad caelos. *Et ecce vigil, & sanctus de celo descendit; clamavitque fortiter, & ait: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus, Daniel. 4. n. 10.* Ille vigil, Angelus est, ut docent citati auctores. Unde ait Lyranus. *Quia Angelus vigilat ad nostram custodiam, ac ad exequenda Dei mandata, & quia nunquam cessat ab actu intelligendi, sicut nos cessamus ab actu intelligendi.* Arbor verò Nabuchodonosorem denotabat, qui ob nefanda crimina suæ idololatriæ, qua voluit caelum attingere, præscindendus, & abscidendus erat ab hominibus. In nomine ergo Angeli, vigil, arguebatur somnolentia, ac pigritia Regis, qui regis sollicitudinis oblitus delitiis indulgebat: & ideo hoc loco Angelus nomine vigil, denotatur. In arboris autem altitudine nefandum ejus idololatriæ faciunt, quo ipsum caelum voluit attingere, & nomen divinitatis usurpare. Sed cur in Rege prius arguitur nomine Angeli ignavia, & pigritia, quam statua inanis divinitatis? Aded abominabile, & execrabile est in Rege somnolentia, & inertia, ut in impio homine hanc primò objurgare, detestarique Dei providentia disposuerit, tanquam quod ipsa ad omnem licentiosum modum vivendi tam Regi, quam subditis aperuerit januam.

Hieron. Theodor. S. Thom. Pinto. Daniel. 4.

Lyran.

Somnolentia curiosissimum principis peccatum.

QUESTIO VIII.

Quare Dominus dormiebat super cervical?

57. SCRIBIT Divus Marcus, quòd Dominus serat in puppi super cervical dormiens Christus Dominus qui frequentabat deferta loca, in illisque pernoctabat, nunc delicatum, mollemque cubitum querit? Theophyl. & Euthym. testantur, fuisse ligneum ibi factum ad illud ministerium. In quo, ut ait Divus Chrysostr. *homil. 19. in Matth.* Domini humilitas, ac modestia notanda. Non querit lectulum, sed commune, & vulgare cervical ligneum. Deinde, quia modicis contentus erat Dominus, non enim ambulabat in magnis, sed in parvis, ac humilibus. Tertio super cervical dormit Dominus, in quo nobis commendat vitam pauperem, & humilem, quam ex sua nativitate maximè dilexit, & est amplexatus. Quarto, non in lectulo dormit, sed super cervical ligneum, ut cunctis appareat, quòd ipse sit paratissimus, velut in prociuctu, ad auxilium nostrum. Sextò, ut ait Palatius, nos in præsentem admonet Dominus, uti commoditate; dum tempus, & ratio se offert, occasione angustè vivendi, lautam vitam ne queramus. Ergo in navi ne querito delicias. Et ita dicebat Paulus ad Philipp. *4. n. 12.* Scio & humiliari, scio & abundare (utique in omnibus instructus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Vide cap. 7. num. 14.

58. Alij verò, ut Barradas in presenti cap. 16. volunt, quòd cervical, hic positum, ex radice Græca pulvinar capiti supponi solitum, ut potius mysterio res sit explicanda. Unde ait citatus Barradas

Theophyl. Abulens. Chrysostr.

Dominus in nostrum auxilium paratissimus. Palat.

Philipp. 4.

Barradas.

pulvinar illud molle, & blandum bonam conscientiam representat, in qua dum vir probus requiescit, quantumvis pericula insurgant, ac vehementi conatu, non turbatur, sed placidus, & quietus stat. Unde sponsæ lectulus floridus dicitur *Cant. 1. n. 16.* qui bonam conscientiam denotat, ut Bernard. explicat D. Bernardus *serm. 47. in Cant.* sic dicens: *Lectulus resperus floribus bona conscientia est, bonis reserata operibus.*

Tenebatur Petrus in carcere: Et erat dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, Act. 12. num. 6. illud, dormiens, profundum, & altum somnum significat, ut ex Græco observat Eustathius. Unde Angelus percusso latere eum excitavit. Erat Nabuchodonosor florens, ac dormiens in palatio suo in molli, ac aureo lectulo. Et ait: *Cogitationes meæ in strato meo, & visiones capitis mei mei conturbabant me.* Daniel. 4. num. 2. Pagninus legit: *Terrebant me.* Quod bene explicat D. Thomas. *Prioris quietis somnum amoverunt a me.* Valde mirum! Petrus in carcere inter milites, & catenis, cum valde diluculo, ut ibi explicat Lorinus, cum Herodes esset producturus ad necem, alto, & profundo somno dormit; & Rex in lectulo delitiis affluente perterritus, ac in somnis persistit cogitationibus ætuans! Non incongruè per cogitationes capitis, quæ conturbabant Regem, conscientia stimuli intelliguntur. Et cum conscientia esset plena omni iniquitate, Nabuchodonosor inter regales factus anxius, ac perterritus existit: at Petrus, cui sancta, & bona in Deum conscientia erat, inter omnia pericula degit quietus, atque securus. Chrysostr. *homil. 8. in epist. ad Ephes.* *Petrus hac catena gaudebat, nec alterabatur, & profundus eum tenebat somnus: si in magna fuisset sollicitudine.* Et postea subdit, *Dormit corpore Petrus, corde ad Deum vigilat.*

59.

Act. 12.

Eustathius.

Daniel. 4.

Pagnin.

D. Thom.

Lorin.

Depravata conscientia inquietata bona verò securata.

Chrysostr.

60.

Judic. 13.

Abulens. Carthuf.

Bona conscientia a timore.

Procop.

QUESTIO IX.

Quare in puppi dormiebat Dominus?

FACILE ab hac dubitatione se expedient Euthym. & Theophyl. qui tenent, quòd illud cervical erat ligneum, ibi positum ad illud ministerium. Sed certè in hac re mystica ratio est iniqui

61.

Euthym.

Theophyl.

inqui

Somnus Regis cura, ac sollicitudine subditum sit plenum.

62. De his, quæ agis, & dicit somnia.

Hypocr. Ambros. Delius.

Ecclesi. 5.

Claudian.

Pharao regni sollicitudine plenus.

Abulens.

Oleaster.

63.

Origen.

inquirenda. In puppi, quæ est ætior navis pars, dormit Dominus, ibique à naucloero clavus tenetur: quia principis somnus semper esse debet in arcto, ita ut ad caput tanquam sub pulvinari suo habeat curas clavi, ac gubernaculi regni. Unde Regis pulvinar non tam sit lana refertum, quam cogitatione, ac suorum sollicitudine plenum. Cum Pharao esset in domo sua, vidit somnium quod designabat futuram fertilitatem, ac abundantiam, Gen. 41. n. 1. Sed unde iste Rex tantum habuit somnium, quod magnopere spectabat ad bonum totius regni? magna experientia comperit est, ut qualia in vigiliis hominum negotia sunt, earundem materiarum simulachra dormientibus represententur, ut multis argumentis comprobatur Hippocrates lib. de somniis. Idem tradit D. Ambrosius lib. 2. de Virginitatibus, ad initium. De quo latè disserit Delius tom. 2. Adagio 32. explanans illud Ecclesiast. 5. n. 2. *Multas curas sequuntur somnia.* Hoc etiam assertum eleganter cecinit Claudianus ad 4. Honorij consularum.

*Omnia, quæ sensu volumur, vota, diurno Tempore nocturno reddidit amica quies. Venator desessa toro cum membra reponit, Mens tamen ad strava: & sua lustra redit. Iudicibus licet, auriga somnia currus, Vanaque nocturnis meta cadetur equis.*

Somnia Pharao de his, quæ pertinebant magnopere ad sui regni gubernationem. In quo possimus dicere, quòd præter illam peculiarem providentiam, quam Deus in hoc negotio habuit circa Joseph, quòd Pharao tanquam bonus princeps, ut de illo testatur Abulensis, cum semper haberet animum intentum ad ea, quæ ad regimen sui regni attinebant, etiam in nocte somniando de illis agebat, & hac bona sollicitudine promeruit, ut ei diceret Joseph: *Quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Oleaster Reges debent sic publicis rebus invigilare, ut ex curis multis, quas in die habent, nocte somnient, quæ curanda sunt in republica, non enim solent homines somnare, nisi quæ animo sæpius revolvunt, unde signum evidens est, Pharaonem frequentissimè de providendis necessitatibus suorum cogitasse in vigilia, quod de eis nocte somniavit.*

Ut milites illuderent regiam potestatem meci Jesu, induunt eum chlamyde coccinea; in capite coronam spineam, & in dextera arundinem imponunt, Matth. 27. num. 28. Et subdit Evangelista num. 31. *Exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigerent.* Cur ergo denudatur Dominus veste coccinea, detrahitur è manu arundo, ut ex omnium sententia, corona tamen semper fixa manet in capite? Quod ingeniosè notavit Origenes tract. 35. in Matth. *De chlamyde, ait, scriptum est, quoniam denuò spoliaverunt eum chlamyde coccinea; de corona autem spinea, nihil tale Evangelista scripsit, propterea quòd & nos querere voluerunt exitum rei de corona spinea semel imposita, & nunquam detrahta. Allegorica ratio hujus rei nobis est inquirenda. Christus Dominus illis signis hujus sæculi Regum, ac principum typum gerebat. Coccinea vestis honorificum signum, Regum oblectamenta, ac dulcedines denotat. Sceptrum in arundine adumbratum, potestatis nota. Corona verò radiis, ac punctis peracuris circumpleta, curas, ac sollicitudines Regis, quæ undique ipsum tenent, exprimit, ut testantur Rhodigi-*

linus lib. 12. & ex Cedreno Ammianus Marcel. Rhodigi. Ammian. linus lib. 21. Auferantur ergo cætera regalia condecoramenta; at verò corona semper infixæ maneat; quia quamvis Reges possint aliquando amittere ea, quæ regiam magnificentiam dicunt, ac oblectamentum afferunt, nunquam tamen à se possunt amovere curas, ac sollicitudines, quæ undique noctu, dièque mordent, ac pungunt, & animos anxios reddunt.

Hæc enim sollicitudo in ipso principatu, ac prælacione includitur, & imbibitur. Postquam primi parentes deliquerant, processit Deus ad eorum poenam, & mulieri ait: *Sub viri potestate eris, Genes. 3. num. 16.* Sed dum supplicium promulgatur in hominem, datur ei dominatus in mulierem; hoc potius videtur bonos, quam poena, exaltatio, quam depressio supplicij? In ipso dominatu mulieris includebatur curæ, & sollicitudines, quæ maximè animum torquent, & dilacerant; & ideo hoc Adamo tanquam in poenam infigitur. Huc respicit Petrus Damianus *serm. 5. de S. Severo.* *Ex ea enim muliere, ferendus erat, quam errans auctori praproposuerat, ut unde, homo culpam non timuit superbia admittere, inde poenam corrigendus inveniret.*

Matth. 8. n. 25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.

VERSIONES.

Syriacus. Excitaverunt eum, & dixerunt ei: Domine no-ster, libera nos, perimus.

D. Basil. Seleu. Magister, magister, salva eus orat. 2. 2. nos.

Pagn. Vat. ablus, Serva nos, perimus: Theophyl.

D. Chrysostr. in Libera nos. Imperfect. bo-mil. 25.

ALTER TEXTUS.

Marc. 4. n. 38. Magister, non ad te pertinet, quia perimus.

Luce 8. n. 24. Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes; Præceptor, perimus.

EXPOSITIO.

ON statim ubi tempestas exorta est, discipuli Dominum suscitaverunt, sed postquam ipsa ventorum impulsu vehementer increbuit, & se jam in extremo periculo perire judicabant; nec enim aliter ad miraculum recurrendum, nisi quando humana deficit industria. Accesserunt ad eum discipuli, urgente

